



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

Bosschaerts, Willibrord

Mechliniae, 1650

103. De prima profectioe Winfridi in Frisiam. Exponitur Othlonus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10958

clusus factus rara vitæ austeritate, ieiunijs pene perpetuis orationibus continuis egit 27. annos & ibidē in sua clausa miraculis & crebris cælestibus visionibus clarus migravit in cælum 15. Nouembris Anno Christi 827. ætatis verd suæ 78.

DISSERTATIO CIII.

De prima perfectione Winfridi in Frisiam,
Exponitur Othlonus.

Sanctus Winfridus, qui & Bonifacius, in Britannia Monastica perfectionem excolens, imbuitur ab alto lucrandarum animarum, præcipue gentiliū, quorum miseriam miserabatur, desiderio. Inde impetratā veniā à superioribus perfectionem Frisiam, in qua parte contribules laborare inaudierat, adoritur de qua Othlonus libro vitæ Bonifacij primo cap. 8.

Sicq̄, viriusque hominis supplemento suffultus, prospero cursu profectus est, peruenitq̄, ad locum, qui antiquo Anglorum & Saxonum vocabulo appellatur Lundendic, ac non multo transacto postliminio, transijt ad Dorstet, ibiq̄, aliquandiu commoratus, debitas Deo persoluit die noctuq̄, landes. Sed quoniam per idem tempus hostilis dissensio exorta inter Karolum Principem gloriosumq̄, Ducem Francorum, & Rathodum Regem Fresonum, populos ex utraq̄, parte perturbabat, maximaq̄, pars Ecclesiarum Christi, que Francorum prius in Frestia subiecta erant imperio, Rathodi persecutione incumbente, idolorum cultura lugubriter reddebatur: Ideoq̄, vir Dei, perspecta tanta peruersitatis mole, ex illis partibus discessit, & peruenit ad Trehte, ibiq̄, etiam commoratus aliquantis diebus, aduenientem Regem Rathodum allocutus est, obsecrans, ut à tanta prauiditate quiesceret.

Z z

Caput

Caput hoc perobscurum est si ad temporis rationem iustremus: nam videtur dicere in primo aduentu Bonifacii ad Frisiam, qui fuit Anno 704. aut parum ab eo, Carolum, scilicet Martellum, Francorum Ducem fuisse, cum Ratbodo bellasse, quod falsum est. Carolus enim non adeptus est principatum Franciæ, aut bellauit cum Ratbodo nisi post obitum Pipini patris, qui contigit Anno 714. & dum è carcere nouercali esset elapsus Anno 716. Vnde infedit suspicio nomen Caroli ab aliquo glossatore interpositum & eius loco substituendum Pipinum per idem tempus Ducem Francorum.

Similiter quod refert de persecutione Ratbodi, intellige de inuasionem in Frisiam postquam Traiectum à Pipino Anno 693. fuisset occupatum, & obsidione Traiecti anno circiter 697. quo tempore irrito conatu Traiectum obledit Ratbodus ab exercitu Pipini rursus fugatus. Vide supra dissertatione 47. & infra dissertatione 109.

Quod pergit: *Peruenit ad Treht ibique etiam commoratus aliquantibus diebus aduenientem regem Ratbodum allocutus est obsecrans ut à tanta prauitate quiesceret.* Si intelligat allocutum Ratbodum in Traiecto quod castrum nuncupabatur, verum non est; quia à quo Anno 693. Traiecto expulsus fuit Ratbodus numquam deinceps obtinuit, nec ausus fuisset eò venire durantibus continuis inimicitijs inter ipsum & Francos Traiectum occupantes. In territorio Traiectensi aut alibi cum eo egisse, non negatur. Fuit verò magni spiritus & constantiæ ipsum alloqui ob amissam urbem & ceteriorem Frisiam in Christianos furentem.

Manfit vero Winfridus in Frisia per duodecim annos, quibus non solum tyrocinia Apostolatus, sed eximia Apostolica facta edidit. nam Frisiam accessit, non vt nouitius, non neotericus, sed iam sacerdotali dignitate honoratus.

noratus, à sapientia, doctrina, religione, rerum agenda-
rum habilitate illustris famæ, vt præcedentibus capitibus
5. 6. 7. Othlonus deprædicat, adeo vt tantum eruditionis
iubar, tantum virtutis omnis exemplar à se discedere no-
llent, sed incenso ipsius zelo assiduisque peruieti obtesta-
tionibus, non è patria dumtaxat excedendi copiam fece-
runt, sed necessarijs etiam ad tantum ac tale iter corporis
animique subsidijs instruxerunt, viatico nimirum, comi-
tibus & multis ad Deum precibus postulantes, inquit
Othlonus, vt Angelus domini bonus comes eius vbique
esset, eumque ad prospera cuncta dirigeret. Loquitur ta-
men idem de eius reditu in Angliam quasi in Frisiâ aut ni-
hil, aut nihil alicuius momenti egisset aut eius prædica-
tionis locus non patuisset; ita enim ibidem: *Post hæc vero
peragratus illius terra partibus sollicite explorauit, si alicubi in eâ
prouinciâ prædicationis pateret locus, cumque diuturnâ inquisitione
intelligeret se frustra ibidem prædicando laboraturum, arida spiritali
fertilitate arua reliquit, & ad natale solum transmigravit.* Quæ
verba commodè accipientur de tempore quo defuncto Pi-
pino Herstallo ob contentiones de Maioratu & se mouente
Ratbodo res Christianorum in Franciâ & Frisiâ erant tur-
batissimæ, non autem de tempore intermedio, quo Ul-
traiecti & in citeriori Frisiâ sufficiens erat tranquillitas,
prædicationi laxum ostium aperiebatur, & nō dubitandum
quin inconfusibilem operarium se præbuerit: erat nam-
que eius zelus in corde instar flammæ contineri nesciæ. tan-
ti viro animi otuari non datur. Othlonus vel ipsius moras
& acta in Frisiâ ignorauit, vel Germanus in Germaniâ
ad Germanos scribens maximè studuit acta Winfridi Ger-
manica suis Germanis tradere.